DISSERTATIO INAVGVRALIS

DE

MONETARIIS PRINCIPVM AC CIVITATVM GERMANIAE

DICTIS

Hausgenoſſen

QVAM

AVSPICIIS

RECTORIS ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMI

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

ERNESTI AVGVSTI

CONSTANTINI

DVCIS SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM

ANGARIAE ET WESTPHALIAE RELIQVA

EX DECRETO

ILLVSTRIS FACVLTATIS IVRIDICAE

IN ACADEMIA IENENSI

PRAESIDE

CHRISTIANO GOTTLIEB BVDERO

CONSIL. DVC. SAXON. AVL. IVRIS PVBLICI FEVDAL. ET HISTORIARVM

P. P. ORD. COLLEGII FACVLTATIS IVRIDICAE SENIORE

PRO LICENTIA

IMPETRANDI SVMMOS IN IVRE HONORES

AD D. XX. MARTII A. S. MDCCLII.

PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI

SVBIICIT

AVCTOR

IOANNES GERHARDVS MVNCH

MOENO-FRANCOFVRTENSIS.

IENAE LITTERIS SCHILLIANIS.

INCLYTAE ET PERANTIQVAE

SAC. ROM. IMP.

LIBERAE REIPVBLICAE

FRANCOFVRTENSIS AD MOENVM

ORDINI SENATORIO

SPLENDIDISSIMO

VIRIS

ILLVSTRIBVS

MAGNIFICIS EXCELLENTISSIMIS CONSVLTISSIMIS NOBILISSIMIS ATQVE AMPLISSIMIS

VSV RERVM ET REGNANDI PRVDENTIA LAVDATISSIMIS

DOMINIS

PRAETORI
CONSVLIBVS.
SCABINIS
SYNDICIS
SENATORIBVS

ET

EX EORVM NVMERO NOVEM, QVI
CONSILIARII
AVGVSTISSIMI IMPERATORIS
ACTVALES SVNT

PATRIAE PATRIBVS

DOMINIS

MAECENATIBVS AC PATRONIS SVIS
SVMMOPERE COLENDIS

EA QVA PAR EST ET QVA DECET

ANIMI RELIGIONE

HANC DISSERTATIONEM INAVGVRALEM

D. D. D.

AVCTOR.

DE
MONETARIIS PRINCIPVM
ET
CIVITATVM GERMANIAE
VVLGO
Hausgenoſſen.

§. I.

Reges Francorum Germaniaeque ſumma et exquiſita prouidentia Ius Monetae et cudendorum numorum ipſi quondam in Palatiis ſuis procurarunt.

§. II.

Poſt ea ſacri ſecularisque ordinis Principes et Proceres ſignandi aeris, argenti, aurique regalia iura a Regibus et Impp. acceperunt iidemque vt hac monetandi facultate praediti, eandem fideliter exercerent, grauiter iuſſerunt.* *Eſt autem Ius circa rem monetariam facultas monetas cudendi, mutandi, aliisque eandem poteſtatem concedendi et in adulteratores poenam ſtatuendi.* **

§. III.

Principes vero Germaniae regali *Monetae* cudendae iure gaudentes, ordinis cum primis eccleſiaſtici, in magna illa, quae medio aeuo erat metallorum nobiliorum raritate, vtque ſumptuum, quos inſtrumenta et artifices poſtulabant

* Quae ex ſolidiſſimae electiſſimaeque eruditionis apparatu comprobauit illuſtriſſimus S. R. I. Comes Dn. HENRICVS de BÜNAV Commentatione de *Iure circa rem Monetariam in Germania*, §. III. *Lipſiae 1730. 4. ſecunda Editione*, formis impreſſa.

** definiente accurate illuſtriſſimo Comite de BÜNAV *l. c.* §. *IV.*

ſtulabant, compendium facerent, curam et exercitii iuris monetandi directionem aliis integrae famae et fidei viris, variis titulis conceſſerunt, qui ex ingenuae ſortis et conditionis honeſtiſſimae familiis ſumebantur.

§. IV.

Monetarii hi in variis documentis et vulgari ſermone *Hauſsgenoſſen* * appellabantur, curamque rei monetariae et numariae a Regibus et Principibus Germaniae, acceptam,** vel per modum *Officii publici* gerebant, vel *titulo feudalis* conceſſionis, exercebant.

* A certa *Domo* vel aedibus publicis, in quibus conuentus ſuos agebant eorumque *miniſtri* qui quandoque Münzer appellantur, numis cudendis operam dabant, quale *Vlmae* antiquum Aedificium, quod ſub Piſcatoribus ſitum, hodiernum nomen *der alten Münz* retinet. *In Statutis antiquis Argentoratenſibus* adiectis KÖNIGSHOVII *Chronico Cap. XXIII.* ordinatum: *in vna autem Domo percuciendi ſunt denarii, vt omnes inuicem opera manuum ſuarum videant.* Varias vocis: *Hauſsgenoſſen* ſignificationes lege in IOANNIS SCHILTERI *Gloſſario Teutonico* h. v. ad noſtrum argumentum facit: quod ſint *Socii*, vnius *Domus* aut *Collegii.*

** IOA. IACOBVS DRACO de *origine et Iure Patriciorum*

§. V.

Conditionem et munia *Monetariorum Germaniae* ex antiquis monimentis inquirere et breuiter pro temporis anguſtia, quae me vrget, ſpeciminis inauguralis loco, deſcribere, forte non erit infructuoſum, ante vero quam id fiat, memoriam quorundam *Monetariorum Germaniae*, ex priſcis monimentis renouabimus.

§. VI.

In nobiliſſima Regni Germaniae vrbe electionibus Regum Imperatorumque per A. B. deſignata, quae quondam *Palatio* regio ſuperbiebat, patria mea *Franconofurto ad Moenum*, Viri patriciae nobilitatis *Helleri* et *Knoblochii*, *Monetarii* a Regibus conſtituti erant, de quibus GEBEHARDVS FLORIANVS, et

rum Libro III. c. III. n. 18. putat, ius cudendi monetas vnice ab Impp. accepiſſe *Monetarios*, patebit tamen ex ſequentibus etiam a Principibus, quibus ab Auguſto conceſſum, ipſis fuiſſe attributum.

et ACHILLES AVGVSTVS LERSNERVS * haec annotarunt: *vor alten Zeiten hatten die Stædte das Münz-Recht nicht, ſondern es waren alte Geſchlechter, die wurden Müntzer und Hauſsgenoſſen genant, die hatten ihr eigen Müntz-Haus, und beſondere Freyheiten, die ſie Nahmens der* KAYSERLICHEN MAIESTAET *exercirten, und waren ſie von allen Auflagen befreyet, maſſen in dieſer Stadt ein Geſchlecht gewohnet Nahmens Heller, welche das Müntz-Recht Creutz-Heller zu müntzen, ehe es die Stadt gehabt, exerciret, und dannenhero dieſe Münz in ihren Wappen geführet etc.* Ad a. 1341. iidem obſeruant: *gibt Kayſer Ludouicus, ſo damahls im Saal-Hof ſich aufhielte Macht und Freyheit Iacob von Knobloch, von ſeinem und des Reichs wegen groſse Turnes zu ſchlagen, und ſoll ihm frey ſtehen, wen er zu ſich*

* In *Chronicis Francofurtanis T. I. L. I. Cap. XXIX. p. 440.* add. conſultiſſimus doctiſſimusque Dn. IOANNES BERNHARDVS MÜLLERVS in *Beſchreibung des Zuſtandes der freyen Reichs-Wahl- und Handel- Stadt Franckfurt am Mayn, Cap. XXXVII. p. 240. ſeqq.*

nehmen wolle, auch mœge er Probier-Meiſter annehmen, den Schultheiſs, oder eine andere Perſon, iedoch ſöllen derer 63. und ein Viertel ein Franckfurter Marck wiegen. Tale Monetarii Officium *Wenceslaus*, R. Rex a. 1385. Hoſpiti ſuo *Syfrido* zum *Paradeiſs* contulit.

§. VII.

Monetariorum vrbis *Moguntinae* duodecimvirale erat Collegium, * inſignibus plane iuribus et praerogatiuis ornatum, de quibus ſuo loco quaedam annotabimus.

§. VIII.

Argentorati magni nominis quondam ciuitate Imperiali, *Epiſcopus* tum plene ſacri Imperii Princeps, ex conceſſione imperiali inter quatuor *Ambachtias*, ſiue praecipua officia: *Burggrauiatum*, Sculteti; (*Schultzen-Amt*) Telonarii (*Zollnerthum*) contulit das *Muntzmeiſterthum.* **

§. IX.

* FLORIANVS et LERSNER *l. c. p.* 440.

** teſte IO. SCHILTERO egregiis *Obſeruationibus* ad IACOBI

§. IX.

Monetariorum Coloniae Agrippinae iura quum turbare vellet ab Imp. nondum de Regalibus inueſtitus *Conradus* Archi-Praeſul *S. P. Q. C.* omne auxilium iisdem attulit, * interprete conſule, qui hac ad Archiepiſcopum vſus adlocutione: *Here yr wolt uns zobrechen unſe vryheyden, die an uns van aldes her ſyn komen ind van allen vren vurfaren ſyn gehalden geweſt. Niet nempt id here quaelich op yr hauet waill gehoert Als ein Byſſchof van Coellen wirt gekoren, ſo mach he niet nae ſynen willen an ſich nemmen ſo ſlechts die gerechticheit deſſelven byſchdoms* (et haec inter Ius monetae) *mer updas mynſte ſynt drji vmbſtendige gelegenheit dairzo noit.*

§. X.

IACOBI a KOENIGSHOVEN *Chronicon Alſaticum et Argentoratenſe Obſeruat. XII.* p. 617.

* Vti annotatum legimus in vetuſtis chronicis libris inſcriptis: *Cronica der heiligen Stadt Coeln ad an. MCCXL. f. 199.* b. Horum *Monetariorum* in locum

ex

§. X.

Wormatiae Ciues eminentioris dignitatis, monetario negotio exercendo idoneos et ferendis ſumptibus pares, a *Domo*, ſeu *Officina* monetaria nomen *Hauſsgenoſſen*, vel *Müntzgenoſſen*, et *Müntz-Iunckern*, ſortitos, extitiſſe, ex vetuſtis chartis documentisque Epiſcopatus et vrbis IOANNES FRIDERICVS SCHANNAT * egregie comprobauit.

§. XI.

Spirenſes Monetarii, nobilibus et patriciae dignitatis gentibus orti, quum autoritate *Henrici V. Imp.* ea in vrbe regia opificum corpora et Collegia numero ad XIII. conſtituerentur, in horum claſſes et conditionem referre ſe ſuasque res recuſarunt **, dignationem-

ex parte ſucceſſiſſe videntur (*die Payements-Herren*) vide *Vnionem Senatus P. Q. C.* d. a. 1396. p. 87. in Vol. *Statutorum Colonienſium* in 4. editorum.

* *Hiſtoria Epiſcopatus Wormatienſis p. 205.*

** In Republica *Baſileenſi* tandem inter tribus connumerati, vide ad IOSIAE SIMLERI *Rempublicam Helvetio-*

tionemque vetuſtam ſeruarunt, vt ex Archiuis *Spirenſibus* obſeruauit CHRISTOPHORVS LEHMANNVS, * hisce verbis: *Aber die alte Bürger und Geſchlechtern haben ihre Geſell-ſchafft abſonderlich, vnd nicht für eine Zunfft gehalten haben wollen, noch ſich derſelben Recht unterworffen, ſondern ſich mit einem ſondern Namen die Münzer und Hausgenoſſen genennt, Koenig vnd Kayſern abſonderliche Dienſt auſſer vnd über des Rhats vnd gemeiner Burgerſchaft Hülfen geleiſtet und hiemit ſonderbare Privilegia erlangt.*

§. XII.

Weiſſenburgenſis vrbis quondam imperialis in Alſatia *Monetariis*, *Hausgenoſſen* dictis, multae competebant praerogatiuae, quas BERNHARDVS HERZOGIVS ** commemorauit.

vetiorum Additiones IOA. IACOBI LEV *p. 454.* n. (11)

* *Chronici Spirenſis L. IV. C. XIV. p. 320.*

** *Chronico Alſatiae, Libro X. c. VII. p. 205,*

§. XIII.

Norimbergae ipſi Imperatores Regesque ſuos et Imperii Monetarios ordinarunt, vel Ius monetandi iisdem oppignorarunt, quales fuere GROSSII, VALZNERI horumque heredes ciues egregii Norici, variis priuilegiis et immunitate ab oneribus ciuilibus ornati, qui dimidiam partem emolumenti Monetarii (Schleg - Schaz) Camerae Imperii inferre debebant.*

§. XIV.

De *Vlmenſis* inclitae Ciuitatis Imperialis re numaria pererudite commentans illuſtris Vir LVDOVICVS BARTHOLOMAEVS HERTENSTEINIVS **, Reipublicae Vlmanae tum Conſiliarius, haec memorat: *nullum prorſus eſt dubium Imperatores, praeter Aduocatos, ſeu*

* Vide Narrationem in Dn. Lazari Caroli WOELCKERI *Hiſtoria Norimbergenſi diplomatica* Prodromo Sect. X. p. 327. Adde ei. *Singularia Noribergenſia* p. 327. 331. not.

** *Prodromo Vlmae Numariae, ſiue de Numis quibusdam rarioribus Vlmanis*, inſerto *Nouis Actis Eruditor. Lipſienſ. Menſ. Nov. Anno MDCCXXXVI. p. 517.*

*ſeu Sculteto*s, *Vlmae quoque ſuos habuiſſe* MONETARIOS *qui officinae Monetariae curam gerebant et immediate a Caeſare conſtituebantur. Quamuis enim Praunius in Tractatu von denen Geſchlechtern in Reichs - Städten Ius Monetae Abbati Reichenauienſi tribuat, iſta tamen ſententia nullis ſolidis fundamentis nititur, et eo minus calculum meretur, quod non tantum in literis Donationis nullum illius exiſtat veſtigium ſed et teſtibus Oleario, Sperlingio, ac Ludewigio vix Coenobium in Germania reperiatur ante Carolum Craſſum iure hocce praeditum.*

§. XV.

Auguſtae Vindelicorum in inclita Vrbe ab Epiſcopo tum dependentium *Monetariorum* controuerſias, ex fide dignis monimentis, vir de patria ſua huiusque geſtis inſigniter meritus Dn. PAVLLVS a STETTEN * conſignauit.

* In *Geſchichten der Heil. Roem. Reichs Freyen - Stadt Augſpurg*

gnauit. Facit eorum mentionem, IVS AVGVSTANVM MSCtum, vbi: *Ain Muntzmeiſter ſoll XII. Husgenoſsen haben die richtent.*

§. XVI.

Erffurti ius monetandi Archi-Epiſcopi *Moguntini* certis quibusdam *Monetariis* dictis *Hauſsgenoſſen*, vti in ſede ſua Moguntia fecerant, aſſignatis quibusdam emolumentis conceſſerunt, vti patet ex *Aſſertionibus* variis Archi-Epiſcoporum, quas exortis cum vrbe controuerſiis, publicarunt, * *Henrici* nempe de anno 1287. *Dieterici* ſiue *Dietheri* an. 1480. vbi haec leguntur: *Item der Ertz-Biſchoff zu Meintz hat auch ein eigen ſilbern Müntze zu Erffurt zu ſlahen, die alle Iahr*

Augſpurg Cap. V. §. *XII. p. 58. Cap. VI.* §. *19. p. 152. Cap. VII.* §. *26. p. 167.*

* Quae ſaepius *Erffurti* editae ſub inſcriptione: *Kürtzliche doch gentzliche Verzeichnis aller und jeder Rechten und Gerechtigkeiten welcher, und keiner mehr vor alten Zeiten, die Ertz-Biſchoue und Churfürſten zu Mainz an und in der Stadt Erffurt ſich angemaſt haben. ſ.*

Iahr zu verändern vnd zuvernewern vber dieſelbe Müntze zuſetzen MVNTZMEISTER, *Hauſsgenoſſen und Wechsler, alle Silber zu bornen vnd zuzeichen, vnd viel ander Oberkeit vnd Gerechtigkeit zu der Muntz vnd zu dem Silber gehoerende, zu handhaben vnd zu ſtraffen, dieſelben Muntzmeiſter, Hauſsgenoſſen vnd Wechſſeler ſollen auch ſonderlich Freyheit haben vor andern Burgern daſelbſt, und ſind auch zween Flecken zu Erffurt, darauff ſie wechſſeln moegen, und das Münzeiſen ſol allezeit in des Erz-Biſchoffs Hofe bleiben.*

§. XVII.

Officium hoc *nobile Monetariorum*, ab ipſis *Regibus noſtris*, * viris nobilitatis inferioris equeſtris et patriciis immediate fuit collatum, qui opibus inſtructi metalla nobiliora coemere et numorum ſignandorum impenſas facere poterant, vtque iuſta moneta fieret et falſa ac improba prohiberetur, curabant,

* Tales audiunt *Reichs-Münzmeiſter.*

bant, indeque emolumenta quaedam capiebant. *Wormatiae* vocabatur officina *Monetaria des Kayſers Camer.* *

§. XVIII.

Aliis *Monetariis* ab Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Principibusque Germaniae, quibus Ius monetandi a Regibus conceſſum tributumque fuerat; vel ſub *Priuilegii* titulo, vel per modum *Feudi*, huius iuris exercitium conferebatur.

§. XVIIII.

Sic de *Argentoratenſis* Epiſcopi Officiis *Feudalibus* in legibus antiquis *Argentoratenſibus* ** annotatum legimus: *Das iſt das Burgravuntum: das Schultheiſentum vnd das Munzermeiſtertum vnd das Zolnertum.* Et in

* In Diplomate *Friderici* Primi Imp. quod edidit IOANNES SCHILTERVS *Gloſſario Teutonico* voce: *Münzer.*

** Vide: *die alten Stadt-Artickel der Stadt Strasburg* Cap. I. n. VIII. in IOA. SCHILTERI Obſeruationibus ad *Chronicon* KOENIGSHOVII *p.* 700.

in exemplo latino p. 715. *Quatuor autem* OFFICIA, *in quibus vrbis gubernatio conſiſtit Epiſcopus* MANV SVA INVESTIT: *ſcilicet Burggrauium, Scultetum, Thelonearium,* MONETAE MAGISTRVM. *Monetarios* omnes *Coloniae Agrippinae* Archi-Epiſcopi *Vaſallos* fuiſſe iurium huius Archi Praeſulis in vrbe hac imperiali copioſus ASSERTOR ſtatuit, * deque abolitione huius Feudi haec annotauit: *hat derſelb Erz Biſchoff* (Conradus) *alle Monetarios, vulgo Hauſsgnoſſen gnandt, ihres Münz Ambts welches ſie von dem Erz Biſchoffen* ZV LEHN GETRAGEN *wegen ihrer befundenen exceſſen, nachdeme Sie ſich auf erkentnuſs ſubmittirt, per ſententiam entſetzt, vnd die Infeudation denſelben ab, vnd ihme und ſeine Nachfolgeren am Ertz-Stifft die Anſetzung der Münzmeiſter wiederum* zu-

* In *Apologia des Ertz-Stiffts Coeln wider Bürgermeiſter und Rhat deſſen Haupt-Stadt Coellen*, p. 40. Adde *ſententiam* Archi Epiſcopi in *Adpendice Documentorum N.* 12. *p.* 17.

zuerkent auch alle deshalb habende Priuilegia, als deren ſie ſich unwürdig gemacht von denſelben abgefordert. An *Moguntini* Monetarii, ſocii monetarii *Münzgenoſſen* vulgo, *Sodales* ibidem *Domus* ad *Viuarium, (Hauſsgenoſſen im ThierGarten),* ex nobilibus patriciis *zum Iungen; Gensfleiſch, Gelthus zum Iungen Aben etc.* oriundi, et die *Alten* dicti, hocce officium * ex *Inueſtitura feudali,* an ex priuilegiaria conceſſione, tenuerint, accurate definire nequeo, prior titulus ex annotatione ** *Monetarii: Orth zum Iungen* patere videtur.

§. XX.

Obſeruandum autem eſt medio aeuo *Monetarios Colonienſes* inaugurationem ſuam de officio *Monetario feudalem* accipere recuſaſſe a Praeſulibus ab ipſo *Imperatore* et Rege non-

* Compara egregium GEORGII CHRISTIANI IOANNIS *Commentariolum de Patriciorum Moguntinenſium iuribus* in *Scriptor. Moguntin. Tom. III. p.* 457.

** Quae extat in FLORIANI et LERSNERI *Chronicis libris Francofurtenſibus L. I. c. XXIX. p.* 440

nondum de *Regalibus*, inueſtitis. Patet id ex controuerſia inter hos *Colonienſes* et ſuum Archi-Praeſulem *Conradum* anno 1240. coorta. De qua vetus CHRONICON COLONIENSE vernacula lingua exaratum * exponit: *Id geſchiede vmbtrint Anno Dni MCCXL. dat der vurſs byſchoff nae dem als he gekoren was zo eym Erzbyſchoff zo Coellen, ee he emtfangen hadde ſyn gerechtigkeit als is ſyn Pallium van den pays, ind SYN LEHEN VAN DEN KEYSER as ſich dat geboert, wolde he eyn nuwe Muntze ſlayn dat doch dem rychen ind den armen ind der gantzen gemein te ſweer ind ſeere ſchedelich was.* Quapropter Conſul Colonienſis, nomine S. P. Q. ipſi declarauit: *So wanne eyn byſchoff zo Coellen wirt gekoren, ſo geburt ſich vur dat eyrſte beſtedigung ſynre Regalia an den Keyſer SYNE LEHENSCHAFFT IN WERNTLICHEN SACHEN dae zo intfangen*

* *Fol. 199. p.*

ſangen dat ſwert in dae mit werde des Rychs man. Ind dan wirt he van Ryche beleynt mit tzollen, MVNTZEN ind gerichte. Ind dair ouer krieget he brieff ind ſiegell. Ind alsden mag he ſyne eyrſte muntze ſlayn. Singularis tamen opinatio Conſulis et Colonienſium fuit quae ſequitur: *Zom anderen ſo geburt ſich vort, dat he perſoenlich off durch eyn andern gen Rome vare vnd ſine geiſtliche gewalt an den pays geſinne, ind van dem ſyn Pallium intfange. Wanne he dat ſelve krieget ind zu Collen brenget ſo mach he die andere muntze ſlayn. Zom derden as eyn byſchoff von Coellen mit dem gekoren Roemſchen Koning trecket ouer dat welſche gebyrge vmb die Kroenung van dem pays zo intfangen. Off als ein byſchoff van Coellen, ſo wanne dat Ryche wird angefochten durch eynigen anſtoyſſ ind widderwerdicheit. Zucht ouer dat welſche gebirge mit eyme heir dem Rych zo hulpe wanne he widder kompt ſo*

mach

mach he die derde muntz ſlayn ind ſuſt niet. Quam tamen conſuetudinem agnoſcere noluit et quod *Pallium Archi-Epiſcopale* attinet, non debuit *Conradus* Archi Epiſcopus, inde *Monetariorum Colonienſium* querelae per Conſulem S. Q. C. ſuffultae fuerunt. De quibus *Annalium conditor: Diſſer ordenunge vergaſs ind hinderſatzte byſchoff Conrait, ind woulde müntze ſlain ſo der vurgenanten ſachen gheyn dae was. dair intgeyn lachten ſich die munzheren die bynnen Coellen genoempt waren die HVYSGENOSSEN die die müntze ind den wechſel hadden, ind brachten dat an die heren der Stat wye de Byſchoff underſtonde yn yre vryheit zo krencken, vnd dairumb wart geſant der Burgermeyſter mit andern heren zom Biſchoff.* Poſtea tamen *Archi-Epiſcopus Monetarios* Feudo ob imputatos abuſus priuauit. *

* Vti iam obſeruauimus vide *Apologiam Colonienſem* p. 40.

§. XXI.

Vi huius vinculi *Feudalis* vel *Officialis* obligati erant Dominis ſuis directis et ſuperioribus ad fidem ſpecialem, inprimis quod ad exercitium iuris monetandi accurate perficiendum, vtilitatesque Officii huius legibus permiſſas, pro ſeruitio hoc percipiebant.

§. XXII.

Collatum autem hocce *Officium*, vti iam obſeruauimus, potiſſimum fuit Viris, integritate vitae, virtute et generis nobilitate conſpicuis, opibusque ad metalla nobiliora acquirenda ſumtusque officinae monetariae *in*ſtrumentorumque ferendos, idoneis et ſatis inſtructis.

§. XXIII.

Hi in praecipuis *Germaniae Vrbibus*, maxime regiis, inter Gentes *Patricias* ſingularem, ſub ſuo Capite ſ. *Magiſtro* ordinem conſtituebant, et vti de *Moguntina* ciuitate comme-

memorauit B. G. C. IOANNIS * in *maiorum* et minorum Gentium diuidebantur, numero ad *XII. Familias*, teſte *zum* IVNGENIO ** qui ex tali Gente ortus.

§. XXIV.

Cura *Monetae*, numorumque ſignandorum et permutandorum prima horum erat occupatio,*** mandatumque ipſis, viderent, ne Res publica ex importatione et commutatione improbae, vel falſae monetae detrimenti quid caperet; Cauſſas adhaec controuerſas in re monetaria dirimebant.

 §. XXV.

* Commentariolo de *Patriciis Moguntinis p. 457.*

** Vide FLORIANI et LERSNERI *Chron. Francofurtana T. 1. p. 440.*

*** Euolue *die alten Stadt-Artickel der Stadt Strasburg*, adi. a IOA. SCHILTERO, IACOBI a KOENIGSHOVEN *Chronico Alſatiae et Argentor.* in germ. Cap. XXXVIII. ſeqq. in lat. c XXII. et ſeqq. Inter ſingularia *Monetariorum Moguntinorum officia* erat honorifica *Camerarii* defuncti ad ſepulturam elatio, quae inter Iura Camerarii apud L. B. de GVDENVS *Codice Diplomatico* T. II. *p.* 469. extat: *wan ein Camerer ſtirbt ſo ſollen ihn die Hauſsgenoſſen, die uff die Müntz gehören, zu Grab tragen und ſollen ſich des nit wegeren.*

§. XXV.

Officii Monetariorum rationem, ex parte antiqua Iuris iurandi eorum formula docet, quam recitat CHRISTOPHORVS LEHMANNVS, * ita conceptam:

Ich wil dem Müntzmeiſter ſine vnd der Hauſsgenoſſen Ehr und Nuz fürzuwenden, vnd ir Recht vnd Gerechtigkeit helffen zubehalten, Vrtheil und Recht ſprechen na min beſten Verſtaendnüſſen, wanne mirs von dem Münzmeiſter gebotten wird, vnd der Hauſsgenoſſen Heimlichkeit verſchweigen wanne mir verbotten wird an alle gevverde als muſs mir Gott helffen vnd alle Heiligen! Vnd vvilt ein an den Wechſel ſetzen, ſo vvirſt du vvas du vor gut nimmeſt, das Geld vvieder vor gut geben, vnd vvas du vor boeſe nimmeſt, das ſoltu vvieder vor boeſe geben, vnd ſolt keine Münze in das Feuer geben, alſo muſs dir Gott helffen.

§. XXVI.

* *Chronico Spirenſi L. IV. c. XIV. p. 321.*

§. XXVI.

Inſignibus plane hi *Monetarii* gaudebant iuribus praerogatiuis. Omiſſis iis, quae ipſis tanquam patriciis competebant, de iis tantum obſeruabimus, quae ad Officium *rei Monetariae* faciunt.

§. XXVII.

Ad *Monetae* Magiſtrum etenim pertinebat * cudendorum numorum curam gerere, omnesque aurificum ſtateras et pondera examinare. Quandocunque illi collibitum, et quo collibitum erat modo, vna cum Iudicum quopiam et ciuibus duobus, honeſto domi loco, vitaeque integritate ſpectatis, circumibat, trutinas et vlnas inſpiciebat, pondera ad libram exigebat etc. Solis ſociis de moneta adulterina cognoſcendi facultas erat pote-

ſtas-

* Hiſce verbis *Monetariorum* eximia iura qualia *Moguntiae* ipſis tributa enumerat B. GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS Commentariolo *de Patriciis Moguntinis*, *Scriptorum Rerum Moguntinarum* Tomo Nouo ſiue *Tertio*, §. VI. p. 458. Similia in aliis Vrbibus exercuerunt. Adde *ſtatuta Argentoratenſia* iam excitata.

ſtasque. Falſa, quam offendebant, ac improba cedebat Magiſtro. Solis ſociis permiſſum erat facere argentariam numumque commutare. Si quis aurificum, vel argentum venderet, vel rei numariae negotiationem exerceret, in noxa erat; tam Monetae *Magiſtro*, quam *Sociis domus* debitas perſoluturus poenas; vnicuique horum quinque, illi vero ſexaginta ſolidos, (Schilling) pendendo. Nulli conceſſum erat, Moguntiae vel aurum vel argentum emere, idque ad officinas monetarias extraneas transvehere, niſi *Sociorum* praeſcitu atque conſenſu. *

§. XXVIII.

De *Iudicio* hoc *Monetario* haec in dem *Weiſsthum* extant: *Auch ſollen wir Huſsge-*

* Quorum iurium deſignationem B. IOANNIS de Conſumpſit ex demonſtratione iurata, *dem Weiſsthum*, Archi-Epiſcopo *Moguntino* anno 1421. data, quam ex authentico exemplo deſcriptam beneuole communicauit perilluſtris Dn. HENRICVS CHRISTIANVS L. B. de SENCKENBERG, Conſiliarius Imperialis Aulicus meritiſſimus, eandemque plene in lucem edidit *Meditationum Iuris Publici et Priuati, Faſciculo tertio. p. 551. ſeq.*

genoſſen zu drey ungebodenen Dingen uff der Müntz ſeyn uff den Eyde ohne Geverde, und mag der Kemmerer zu denen huſsgenoſſen daruff geen, bey ſie ſitzen an den dreyen ungeboden dingen ob er will, und mag fragen nach unſers herr achten und nach ſyme Rechten, und ſol man es ime beſcheiden und darzu als dick als es not geſchiet, daſſelbe ſoll man auch einem Montzmeiſter thun als dicke als ſie es fordernt und es not thut. De neceſſaria comparitione in hoc iudiciali conſeſſu haec leguntur: *Welcher huſsgenoſſen die dry ungeboden ding verſeſſe und uf die Munte enqueme vnd im Lande were es enwer dan das er nit hergereichen möchte oder das es Ime vergeſſen were, one Geverde der hat auch ſin recht verloren, er dede dar und ſwere in denen heiligen das es Ime were oder ehehafftige not benommen hette.*

Item: *Auch teylten die Huſsgenoſſen das nymand über kein falſch teylen ſal, wan die huſsgenoſſen in Mentze wieder einer mit falſch begriffen, der falſch iſt des Münzmeiſters es ſy viel oder wenig und iſt er darum ſchuldig*

 einen

einen Keſſel zu kaufen daſs man richte über den falſch nach des Landes Rechte und Gevvonheit. Ius ad quod prouocant eſt PROVINCIALE ALEMANNICVM (*Kayſerlich Land-und Lehn-Recht,*) quod de *Falſo Numario* Cap. CLXXVI. ſic diſponit: * *3. Vnd biutet der Münſer einen falſchen pfenning uz ſo daz er damit kauffen vvil, oder damit gelten vvil, oder in gemann für gut geben vvil, und iſt ir zvvelf oder mer, ez gat im an die hant, er habe ir dann ſinen ſchup. 4. Vnd dennoch muz er ſuuern, daz er nit en uueſte, daz ſie falſche wärn. 5. Iſt ir ain halbez pfunt oder mer ez gat im an den hals. 6. Iſt er aber derſelben untat e uberſait vor geribte, man ſol ſinen aid nit nemen. 7. Man ſol im dri uual fürtailn, daz hayzze yſen ze tragen uff blozzer hant, oder in ainen wallenden* KESSEL *ze griffen untz an den ellenbogen, oder die wazzer* (aquae frigidae) *urtail. 8. Geribtet er nit mit dem ainem man ſol im die hant abslahen. Dat reht iſt niur der münzzer. 12.*

Vel-

* Editionis *Schilterianae tonicarum Tomo ſecundo p. Theſauri Antiquitatum Teu- 110.*

Velſchet ein münzzer ſin pfenning und behaltet ſi nit nach ir reht die uuile mag er nieman falſchez geziben da er uuandel umb tun ſule 13. Pfenning ſol der münzzer behalten alz gut und alz ſuuer als man ſie ſetzet und tut er dez nit man ſol uber in rihten alz uber ainen valſcher.

§. XXIX.

Exemti erant porro *Monetarii* a *Iudiciis* cumprimis *Moguntinis*. Ita enim *Weistuhm* d. a. 1421. verbis: *Auch ſoll man keinen huſsgenoſſen noch ſein Wieb noch ſein Geſinde beklagen weder mit geiſtlichen Gericht, noch mit weltlichem Gericht, noch keinen Hauſsgenoſſen keinen kummer befehlen. Auch en ſoll man hinder keinem hauſsgenoſſen kein gut nit kommern, noch yemands beclagen oder bekommern in ſeinem hauſe weder mit geiſtlichen Gericht noch mit vveltlichem Gericht.*

§. XXX.

Inter commemorabiles quoque *Monetariorum* praerogatiuas ea eſt referenda, quod in *Curia Imperatoris* et *Regis* abſentibus, vel non numero ſufficiente praeſentibus *Officiali-*

 bus,

bus, eorum in locum Officia aulica ſubire idonei habiti fuerint. Is honos *Monetariis Wormatienſibus* a *Friderico* I. Imp. confirmatus his *Priuilegii* * verbis: *Auch geben wir den Münzern von irem alten recht und von machte ir freyheit und beſunder rechts wegen obe ein Keyſer oder ein Konig mit groſſem volck zu Worms ankeme und ein Biſchoff zu W. nicht diener gnug hette eyme Keyſer oder eyme Konig zu dienen ſo ſollent die Müntzer von der Montze die da iſt eins Keyſers Camer, der diener gebreſten und ſtat erfullen alſo das man ſie an eins Marſchalcks oder Truchſeſſen oder eins Schencken oder eyns Kamers Ampt neme, und man ſol ſi zu keinem niedern ampte in dheine wiſe zwingen, und vvan man der nimmer bedarff ſo ſollen ſie vvider gen an ir erſt ampt.* Ex quo patet viros ingenuæ et nobilis conditionis fuiſſe *Monetarios*, nam eo aeuo nulli alii ad haec Officia admittebantur. *Cuſtodes* corporis Archi-Epiſcopi *Moguntini* erant *Monetarii* vrbis ſuae ſedis, ſi

* Produxit illud IOANNES SCHILTERVS *Gloſſario Teutonico p. 617.*

ſi contingeret eundem cum electo Romanorum Rege ante Francofurtum cum caſtris ſe tenere, et in eisdem ſimul eſſe delectam ciuium manum; vel ad bellum eundem ire, et ſimul cum eo ciuitatis copias in expeditionem iuiſſent illius et ſalutem cuſtodirent, et iuſſa reuerenter expectarent, verba *Aſſertionis iudicialis* id confirmant: *Wann er mit einem Roemiſchen Kunig vor Franckfurt lege zu Felde, vnd die Statt von Mentz, vnd vvelche huſsgenoſſen dann mit der Statt uſsvvehren die mag er by ſich nemen, die ſollent ſin libs und ſiner Kamern vvarten*, tanquam praecipuae dignitatis inter Moguntinos. Eadem *guardiae* et *camerae* officia Archi-Epiſcopo M. praeſtabant: *Auch hat man umbgeteilt vvann ein Ertz-Biſchoff zu Mentz und die Statt von Mentz mit ihm zu Felde liegen, vvas Huſsgenoſſen dan mit der Stadt zu Mentz uſsvvehren, die mag der Ertz-Biſchoff by ſich manen vnd ſollent ſines libs vnd ſiner Kamern vvarten.* Magnae igitur fidei viri *Monetarii* erant.

§. XXXI.

Habebant quoque poteſtatem ſibi ipſis

ſocios legendi, qui ad Corpus Domumque admiſſi praeſtare xenia quaedam debebant, vti ex Priuilegio *Friderici* I. Aug. *Wormatienſibus Monetariis* dato patet, * verbis: *Auch vver zu ihrer Geſellſchafft genommen vvürde, der ſol geben ein halb unz golds die ſunderlich gehoeret zu vergulten eyns Biſchofsſtabe; und ſol geben zvvey gulden Pfennig, den einen den Münzmeiſter, den andern den Camerer:* ** *Were aber das er der Pfennig nicht gehaben moechte, ſo mag er ſie beide bezahlen mit fünff ſchillingen.*

§. XXXII.

Collapſa ſenſim *Monetariorum* Ciuitatum Germaniae iura et emolumenta, ex quo Ciuitates

* Apud IOANNEM SCHILTERVM *Gloſſario Teutonico*, v. *Münzer. Weiſsthum* apud perilluſtrem Dn. de SENCKENBERG *Meditat. Iuris Publici et Priuati, Faſc. III. p.* 554.

** Camerario Archi Epiſcopi *Moguntini* Monetarii quotannis donum mittere debebant: *Sollen die Hauſsgenoſſen, das ſind die uf der Müntze, alle Jahr nemlich zu halbFaſten* (Camerario) *einen Salmen geben, oder fünff Gulden davor, von ſolchen Salmen nimbt ein Marckmeiſter das Haupt*, vide *Iura Camerarii* in perilluſtris Camerae imperialis Adſeſſoris Dn. VALENTINI FERDINANDI L. B. de GVDENVS *Codice Diplomatico T. II. p.* 462.

tates ipſae Senatusque et Communitas ex Auguſtorum Regumque Germaniae gratia et priuilegiis *Ius Monetandi* acceperunt, qualia patriae meae recenſet ampliſſimus IOA. BERNHARDVS MVLLERVS * aliorumque priuilegiorum catalogum illuſtriſſimus Comes de BVNAV ſumma diligentia confecit. ** Forte cooptatio patriciarum familiarum, quarum diuerſae inter *Monetarios* fuerunt, in Senatum, quandoque etiam abuſus huius iuris, prouti in rebus humanis et circa negotia monetaria fieri ſolet, ad interitum horum Corporum et Collegiorum quid contulerunt.

§. XXXIII.

Ab his *Germaniae Monetariis*, quorum ſtatum breuiter deſcripſimus differunt *Monetarii Romanorum*, qui in Moneta publica operabantur, quorumque mentio fit in *L. 6. ſ. 1. π. ad L. Iuliam Peculat. L. 2. C. pro quib. cauſ. ſerui pro praemio libertatem accipiunt.* Enim vero hi abiectis *Officiis* connumerabantur, vti clare

* *Beſchreibung der freyen Reichs-Wahl- und Handels-Stadt Franckfurt am Mayn, Cap. XXXVII. p. 24.*

** Laudato Libro de *Iure circa rem Monetariam in Germania*, §. *XLV. ſeq.*

clare patet ex *L. 6. C. de dignita.* cuius verba ita ſonant: *Ne quis ex vltimis negotiatoribus*, *vel* MONETARIIS, *abiectisque officiis, vel deformibus miniſteriis, vel ſtationariis, omnique officiorum faece diuerſisque paſtis turpibus lucris, aliqua frui dignitate pertentet, ſed et ſiquis meruerit, repellatur: repulſos autem etiam propriis reddi conſortiis oportebit.* Conferatur SVIDAS *Lexico* * Μονιτάριοι *qui monetam cudunt*, ſimulque annotauit: *Hi ſub Aureliano monetam corruperunt, et Feliciſſimo praefecto ſuo interfecto bellum inteſtinum excitarunt, quos Aurelianus vix tandem victos atrociſſimis ſuppliciis conſumpſit.* Addatur VOPISCVS in Aureliano. Ab hac vili *Monetariorum* ſorte tamen exemti *Triumviri Monetales*, ſiue *Treuiri*, qui auro, argento, aere flando, feriundo, conſtituti erant vt ſcribit POMPONIVS in L. 2. §. 30. π. de *Origine Iuris*, et qui ſub Impp. occurrunt *Praefecti Monetae*, qualis eſt ille qui apud GRVTERVM p. 1054. n. 8. in Inſcriptione Romana Conſule Flauio Herculano facta, *Porphorus Primecerius Monetariorum* nominatur. In aliis mentio *Procuratorum Monetae* occurrit. De his pererudite IACOBVS GVTHERIVS, praeclaro libro de *Officiis Domus auguſtae, publicae et priuatae* ** atque FRANCISCVS HOTOMANNVS *de re numaria Populi Romani p. 16.* expoſuerunt.

* Editionis *Küſterianae Cantabrigienſis, T. II. p. 572.*

** *Libro III. Cap. XIX. p. 578. ſeqq. Edit. Pariſinae in 4.*

NOBI-

NOBILISSIMO DOCTISSIMOQVE DOMINO CANDIDATO

S. T.

PRAESES.

Argumentum iuris patrii breuiter ſtrictimque et quantum temporis anguſtia rerumque tuarum conditio permiſit, explicandum TIBI ſumſiſti Nobiliſſime Candidate, cuius ex theſauro copioſiſſimae eruditionis et antiquitatum iuridicarum Germaniae plene illuſtrando ſpem fecerat vir ſummus eruditione ac virtute ad eminens honorum faſtigium euectus, grauiſſimisque negotiis admotus ciuis Tuus perilluſtris Dn. HENRIC. CHRISTIANVS L. B. de SENCKENBERG * Conſiliarius Imperialis aulicus. Exemplum hoc tanti viri TE et ciues TVOS ſolidioris Iurisprudentiae cultores excitabit ad vlteriores in regia virtutum et egregiarum doctrinarum via, greſſus faciendos. DEVS immortalis conſiliis conatibusque TVIS *Nobiliſſime Candidate* porro adſit et vota quae propter viam et reditum in dulcem patriam et pro felici rerum Tuarum euentu iam pie facio, clemens propitiusque audiat. Ita Vale. Scribebam Ienae d. XV. Mart. A. S. R. MDCCLI.

* *Meditationum Iuris Publici et Priuati Faſciculo III. p. 486.*

PRAENOBILISSIMO AC DOCTISSIMO

VIRO

IOANNI GERHARD. MVNCHIO

S. P. D.

CAR. FRID. WALCHIVS.

In publicum ita nunc prodis ac, poſtquam praeclarum inſignis Tuae eruditionis ac iuris ſcientiae omnibus ſpecimen exhibuiſti, laeta mente, quae virtuti atque induſtriae proponunt iuris ſacerdotes noſtri praemia, VIR PRAENOBILISSIME, accipis. Qua ex re quum omnes, qui laudabilem Tuam curam atque operam, in ingenio elegantioribus pariter ac legitimis diſciplinis perpoliendo poſitam, et quos iam in iis feciſti, progreſſus norunt, laetitiam maximam capiunt eamque declarant, eas gratulandi partes ego potiſſimum mihi vindico, qui iam dudum optaui, vt occaſionem nanciſcerer, mentem meam, Tibi addictam, publice demonſtrandi, et pro Tua erga me beneuolentia, luculentis *indiciis* mihi perſpecta, ſummas agendi gratias. *Quemadmodum* igitur de iſto honore ſincera gratulatione Te proſequor; ſic immortalem deum oro atque obteſtor, velit Te porro ſeruare: ſaluum ac incolumem Te tueri: vires Tuas et animi et corporis augere Tibique cuncta, quae vitam felicem reddunt ac beatam, benigne largiri, vt commodis patriae ſeruire eique multam vtilitatem ex ſtudiis Tuis adferre poſſis. Me vero inpoſterum amicitiae Tuae ac beneuolentiae commendo. Vale. Ienae d. XIIX. mart. an. poſt reparat. ſalutem cIɔ Iɔ CC LI.

PRAE-

PRAENOBILISSIMO AC DOCTISSIMO

IO. GERHARDO MVNCHIO

S. P. D.

IO. SAMVEL WIDEMANNVS.

Duo fere anni ac ſex menſes ſunt, quum inter nos, VIR DOCTISSIME, arctiſſimum coniunctionis vinculum conſtitutum eſt. Eximia ex eo tempore beneuolentiae Tuae mihi praebuiſti documenta ac omnes in eo curas et cogitationes poſuiſti, vt amicitiae officia diligenter ſanctеque ſeruares. Quo magis id reputo; eo maiores ſeſe mihi offerunt rationes, cum iis, qui Tibi bene cupiunt, laetitiae ſocietatem coeundi ac de egregio ingenii ſpecimine, quod nunc publice coetui eruditorum exhibes, ex animo gratulandi. Quemadmodum enim iamdudum viris, doctrina egregiis, induſtriam Tuam ſingularem monſtraſti; ſic praeſertim per id declaras, Te in litterarum diſciplinis inſignes feciſſe progreſſus. Iure meritoque igitur hac de re Tibi, SVAVISSIME AMICE, gratulor, deumque ſimul precor, velit Te per longam annorum ſeriem ſaluum incolumemque ſeruare: animi pariter ac corporis vires augere ac pro ſua gratia efficere, vt honor, quem illuſtris iureconſultorum ordo Tibi hodie concedit, maiorem Tibi ſuppeditet occaſionem, dulciſſimae patriae praeclaros virtutis ac eruditionis fructus adferendi. Quod reliquum eſt, amicitiae noſtrae ſemper velim memor ſis, Tibique perſuadeas, me nullum vnquam officium praetermiſſurum eſſe, quod amicitiae leges a me poſtulant. Vale. Dabam Ienae d. XVII. Martii A. S. N. C. MDCCLI.

PRAENOBILISSIMO AC DOCTISSIMO
IOANNI GERHARDO MVNCHIO
S. P. D.
CHR. PAVL. DE SVLZER.

Certo certius eſt et nequemquam illud eſſe negaturum, omnimode ſum perſuaſus, Te, VIR PRAENOBILISSIME ſummo quidem enti potiſſimum; dein vero etiam eximiae Tuae induſtriae permultum debere, quod iam in praeſens tanta Tibi dignitas ſit tributa. Quem enim latet inſignis Tua diligentia Tuaque cupiditas diſcendi? nonne omnibus illis, quibus quotidiana et ſane iucundiſſima Tecum erat conſuetudo, inter quos me ipſum referre licet, quandocunque luculentiſſime apparuit, Te ſingulari ſtudio fuiſſe adniſum, breui temporis ſpatio in hac academia ienenſi feliciſſimos ſtudiorum progreſſus faciendi? Nihil vnquam, VIR DOCTISSIME, conatus Tuos, qui omnes ad obtinendum finem, laudatu digniſſimum, tendebant, reprimere valuit; multo magis probe temporis rationem habuiſti illudque optime conſumſiſti in hac muſarum ſede. Quare itaque, opera Tua haud fruſtra contrita, illius iam Tibi praemium hoc cedit, vt proximos a doctore honores idque optimo iure ſis conſecutus. Antea quidem Tua eruditio erat tentata ac virium ingenii Tui periculum fiebat; ſed eo maiorem etiam gloriam ex hoc tentamine adeptus es. Stetiſti enim in illo pulcerrime adeo, vt doctrinam Tuam, ingeniique facultatem, publice oſtendere arenamque deſcendere libentiſſime Tibi ab illuſtri iure conſultorum ordine concederetur, de quo valde itaque immo maxime laetor Tibique congratulor ea, qua par eſt, *fide*

animi-

animique integritate, et precor ſimul numen immortale, velit porro diuina ſua gratia Tibi omnibusque conatibus Tuis ita adſpirare Teque corporis ingeniique viribus exornare, vt indies fructus exoptatiſſimos, vbicunque etiam ſit, laetus percipere poſſis; ex Tua vero ſalute ad nobiliſſimam Matrem familiamque Tuam maxima perueniat laetitia Quod mutuam amicitiam noſtram attinet, qua per tres fere annos hic inuicem fuimus coniuncti, debitas AMICE SVAVISSIME, grates Tibi perſoluo, quod non modo illam egregie et laudabiliter ſeruaueris; verum quod mihi etiam dulciſſimam attuleris ſpem, fore vt ſemper in eadem permaneas, ſub qua conſtanti Tuae beneuolentiae ſtudioſe me commendo et, vt Tibi perſuadeas, rogo, me quoque omni tempore eſſe futurum, quem Tu eſſe vis, et qui eſſe debet. Vale. Ienae d. XX. mart. an. poſt reparat. ſalutem CIƆIƆCCLI.

VIR
PRAENOBILISSIME
SVPREMORVM IN IVRE HONORVM
CANDIDATE CLARISSIME
FAVTOR ATQVE AMICE AESTVMATISSIME

Nunc TVA merita triumphant, nunc laetus illorum fructibus fruere! TV enim, *Vir Clariſſime* ſemper litteras et ſtudia inſigni plane amore es proſecutus atque in Muſarum caſtris laudabiliter militaſti omnemque in eo nauaſti operam, vt veram non affectatam, nec ſimulatam Iurisprudentiae ſcientiam TIBI acquireres. Ego,

 cui

cui intima *Tecum* familiaritas contigit, ſingularis TVAE diligentiae, eximiae TVAE eruditionis atque integritatis morum teſtis ſum. Hoc TVVM egregium exemplum ſemper mihi non ſolum ad iutuendum, verum etiam ad imitandum (id quod mihi difficile) ante oculos mihi propoſui. Gratulor itaque TIBI, *Amice honoratiſſime*, de felici ſtudiorum TVORVM ſucceſſu gratulor de ſupremis in vtroque Iure honoribus. Gratulor *Patriae* de ciue, gratulor *Matri venerandae* TVAE de filio ſpem *huius illiusque* longe exſuperante. Gratulor tandem *ſpectatiſſimae Familiae* TVAE, cui nouum adieciſti ſplendorem atque decus, quod impoſterum quoque augebis. Valeas, ceteraque feliciter agas et, vt me, TIBI habeas commendatiſſimum, oro rogoque. Pro integerrima TVA mihi praeſtita amicitia, quas poſſum, perſoluo gratias. Ego ad vltimos vsque vitae halitus ſemper ero TVVS.

Scribebam Ienae M. Mart.
A. R. S. clↄ Iↄ cc LI.

I. T. RITTERVS,
AVGVSTANVS. LL. C.

Monſieur,

L'amitie! qui eſt entre nous depuis quelque tems m' oblige à vous faire éclater l'extreme joie, que jè reſſeus aujourd' hui, lorsque jè vous vois en chaire de Docteur pret à receuoir les applaudisſemens dus à votre vertu et à vos rares talens. Je m'eſtimerois heureux ſi je pouvois trouver quelque occaſion plus importante de vous prouver la parfaite Conſideration avec laquel-

le

le je vous honore et toute la verité des anciens ſentimens auec lesquels je ſuis,

Monſieur

Iene le 17. Mars l'an 1751.

votre tres humble ſeruiteur
Jean Jaques de Sulzer,
Patricien d' Augsbourg.

VIRO IVVENI
NOBILISSIMO DOCTISSIMO
DOMINO
IOANNI GERHARDO MVNCHIO
AMICO DESIDERATISSIMO
S. D.
ABRAH. ISAACVS SZTRANYAWSZKY
CREMNIZIO HVNGARVS
S. S. TH. ET PHIL. STVD.

Quod ſingulis fere accidere ſolet, qui magna quadam perfunduntur laetitia; vt eam intra pectus ſuum continere nequeant, ſed variis vel inuiti produnt ſignis: id hoc tempore mihi accidiſſe fateor. Dici enim vix poteſt, quam magna animum occupauerit voluptas, quod tantae diligentiae TVAE, VIR PRAESTANTISSIME! atque eximiae eruditionis ſpecimen iam etiam publice dare vis, cuius ope omnes, qui TEcum in aliqua ſaltem vixerunt coniunctione, ad admirationem perduxiſti. Neſcio enim qui factum ſit, vt ſtatim ac in TVorum Familiarium me recepiſſes numerum, non ſolum TE

amore peruehementi proſequutus fuerim; ſed etiam venerari nullus addubitauerim. Non poſſum igitur a me impetrare, vt ad copioſiſſimas amicorum TVorum congratulationes, meam quoque non adiungam. TIBI ergo, VIR NOBILISSIME, Amice mellitiſſime, gratulor, quod tam egregiis mentem exornaueris artibus ac diſciplinis, vt iam in ſcenam prodire, ibique cum laude, ſi quid mente prouideo, verſari poſſis. Eum TE geres, vt certo perſuaſus ſum, foetus TVI longe elegantiſſimi (Diſſertationis puta) defenſorem, vt qui TE ament, maiori in TE accendantur amore, qui non norunt, TVAM ſint deſideraturi amicitiam. Ipſe paene laetitia exſilio, quod ſtatim primis ad hanc Salanam aduentus mei diebus TVVM adeptus fuerim fauorem; quod amicitia noſtra in ipſam verſa fuerit conſuetudinem. Ego dotes ingenii TVI nunquam admirari deſinam: vtinam vero coniunctionem noſtram Boni Superi vellent eſſe perpetuam. Etſi vero disiuncti futuri ſumus; tamen mens mea Te quocumque perexeris comitabitur. Ego Numen benigniſſimum implorabo, vt quemcunque TIBI finem propoſueris, eum feliciter euenire ſinat, TEque verae felicitatis participem faciat. Seruet TE D. O. M. *ſaluum*, incolumem, Vale Amice deſideratiſſime, meque, ſi dignus videbor, et abſens amare, aut ſaltem diligere perge.

Dabam in Academia quae eſt propter Salam XVII.
Cal. April. cIↄIↄccLI.

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE